1455 April 28, Rom St. Peter. **Nr. 4319**

Calixt III., Breve an NvK. Er habe erfahren, dass das Klarissenkloster außerhalb der Mauern von Brixen reformbedürftig sei und beauftragt ihn deshalb, den Guardian des Franziskanerklosters zu Nürnberg nach Brixen zu rufen und diesem aufgrund der von Nikolaus V. erteilten Vollmacht Visitation und Reform des Klarissenklosters zu übertragen. Der Guardian soll ferner den Klarissen einen Beichtvater aus dem Nürnberger Konvent bestellen.

Kopie (Perg., Insert in Urkunde des NvK von 1455 August 12): Brixen, *Klarissenkloster, Lade 1 (zwei Exemplare).*

Deutsche Übersetzung (gleichzeitig): Brixen, *Klarissenkloster, Protokollbuch p. 212; (J. Resch; 18. Jh.):* Brixen, *Priesterseminar, Ms F 12 p. 87.*

Druck: Bullarium Franciscanum, N.S. III, Supplementum ad tom. II N.S. 1002 Nr. 261; Sanin, De monasterio 65f.; Spätling, Klarissenkloster 384.

Regest: Bullarium Franciscanum, N.S. II 8 Nr. 18; Hallauer, Klarissenkloster 109 Nr. VII (ND 2002, 292).

Erw.: Jäger, Streit I 89; Vansteenberghe, Le cardinal 144; Spätling, Klarissenkloster 376; Nothegger, Franziskaner in Deutsch-Tirol 143; Mattick, Nürnberger Übertragung 176.

Calistus papa tercius. Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. Cum fidedigna relacione intelleximus monasterium sancte Clare, quod extra muros Brixinenses est situm, ob parum regularem vitam monialium ibi degencium tam in capite quam in membris reformacione non modica indigere, volumus et circumspectioni tue presencium tenore committimus et mandamus, ut quampridem comode poteris, voces ad te dilectum filium gwardianum conventus opidi Nůrnbergensis Bambergensis diocesis ordinis minorum[1]), de cuius vita et honestate precipuam in domino fiduciam gerimus, eique auctoritate per felicis recordacionis Nicolaum papam V predecessorem nostrum hac in parte tibi olim concessa[2]) committas et mandes, ut Brixinam legittimo impedimento cessante accedens predictum monasterium personaliter visitet et secundum constituciones ipsius ordinis sancte Clare taliter cum effectu reformet, quod apud nos de diligencia sua possit merito commendari, eidem specialiter iniungens, ut confessorem aliquem ydoneum ex fratribus prefati conventus sui deputet et constituat, qui confessiones dictarum monialium audiat eisque omnibus, que secundum deum et salutem animarum suarum sunt, fideliter presit. In contrarium facientibus ⟨...⟩ Non obstantibus quibuscumque ⟨...⟩ Datum Rome apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesimooctava mensis aprilis millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, pontificatus nostri anno primo.

---

[1]) *Albert Büchelbach, Guardian des observanten Franziskanerklosters zu Nürnberg. Das 1447 zur Observanz übergetretene Nürnberger Franziskanerkloster war damals als Vorbild für die Observanz sehr gefragt, wie die Initativen der Bischöfe von Bamberg und Würzburg zur Reform ihrer Franziskaner- und Klarissenkonvente zeigen; s.o.* Nr. 4139f., 4309. *Zum Nürnberger Konvent vgl. P. Weigel, Ordensreform und Konziliarismus. Der Franziskanerprovinzial Matthias Döring (1427-1461) (Jenaer Beiträge zur Geschichte 7), Frankfurt am Main 2005, 46 Anm. 66, 50, 158, 163.*

[2]) Nr. 3417.